68
13 D
3

D. O. M.



ROMAE,

Apud Hæredes Antonij Bladij Impreſſores Camerales. 1587.

SVPERIORVM PERMISSV.

5.20.F.68

ILLVSTRISS.^{MO} *ET REVERENDISS.*^{MO}

D. D. FERDINANDO MEDICES S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO,

Ac totius Ordinis Sancti Franciſci de Obſeruantia Protectori vigilantiſſimo.

Frater Vincentius Meſſenius Prouintiæ Siciliæ Miniſter Summam Fœlicitatem Exoptat.

NON abre, neq; abſq; rationabili cauſa Cardinalis Ampliſſime in Dei Eccleſia & Chriſtiana Republica in Generalibus ac Prouincialibus Religioſorum Comitijs omnium ſcientiarum Theoremata diſputandi inoleuit conſuetudo; quoniam inter omnia quæ viros diuino cultui mancipatos decent ornamenta, mirum immodum eos ſcientia non ſolum exornat, verum etiam adquælibet ſua capeſcenda munia idoneos reddit, quippe quæ egregium donum Dei eſt, ad fidem Catholicam defendendam armatura fortiſſima perpulcra Religionis Corona ſplendidum veritatis lumen & tuta ambulantium in tenebris populorum via, cum igitur mihi omnium Theologorum minimo ex Superiorum meorum iuſſu quaſdam defendere aſſertiones inhiſce noſtris generalibus Comitijs incumbat, neminem amplitudine tua præſtantiorem inueni, cui eas dicare deberem, omnibus enim inconfeſſo eſt, quot quantiſq; donis honoribuſq; me affeceris, quanta etiam viros literatos dilectione proſequaris, quos non ſolum quotidianis beneficijs foues, ſed etiam contra eorum impugnatores acerrime tueris, accipe igitur ampliſſime domine hoc exiguum concluſionum mearum qualecunque munuſculum, vt ex protectione tua munitæ prodeant, atq; inconcuſſæ permaneant, Ego vero ſemper diligam & honore pro viribus proſequar amplitudinem tuam, cui Deus Optimus Maximus incolumitatem atque fœlicitatem ad Neſtorios annos largiatur. Vale.

CONCLVSIONES IN SACRA THEOLOGIA.

1 DEVS quo maius cogitari non poteſt, prius vnus quàm trinus, tum beatus, non ab alio, quàm à ſe compræhenſus, vt Reginæ ſcientiarum Theologiæ omni tum humana, tum angelica ratione Superioris ſub vna, ac omnium Diuinorum ſimpliciter prima ratione ſempiternæ diuinitatis eſt ſubiectum, ita & Chriſtianæ fœlicitatis, quæ in eius fruitione conſiſtit, necnon, & Theologicarum virtutum, quæ huic viam parant ſub eadem ſimpliciſſima ratione obiectum defendimus.

2 DEVS glorioſus, qui ſolus tum immortalitate, tum inacceſſibili luce gaudet, nulli vnquàm mortalium hic agenti, & ſenſibus vtenti nuda, & citra vllũ mediũ aperta viſione conſpectus, ita demum à viatore quantum ſinit humana capacitas attingitur, cum ſublatis omnibus, tum affirmationibus, tum negationibus, puris quoq;, & impuris, omnẽ ſanctarũ crepidinum aſcenſum, ſimul, & oĩa, quę vel dici, vel excogitari poſſunt ſupergreſſus, necnõ, & illã diuinã ſuperluminoſamq; diuinæ claritatis caliginẽ ĩ qua adumbrata, ſimplicia, abſolutaq; Theologiæ myſteria archano ſilentio peruidentur introgreſſus, ſola extenſione, tum habitudinis neſcia, tum à ſe ipſo, & omnibus alijs mere abſoluta ad illum pro viribus ſubuehitur, qui omni, & eſſentia, & cognitione ſuperior eſt.

3 Theologiam teſte Dioniſio Diuinus aſſerit Bartholomęus, & plurimã, & minimã, ipſumq; Euangeliũ tũ latũ, magnumq;, tũ abreuiatũ, & conciſum, qđ ita interprętandũ cũ eodẽ Dioniſio magno putamus, vt plurima quidem ſit Theologia, cum & omnia de Deo, vt authore vniuerſorum, à ſuperioribus ad inferiora •adſcendentesſab eodem, vt omni eſſentia ſuperiore vniuerſa tollimus. Minima verò, aut nulla cum ab omnibus expediti, nihil iam affirmantes, vel negantes, ſolius archani Diuinæ caliginis ſilentij extenſione ad eum ſubducimur.

4 DEVS excelſus Dñs, & ſublimis inhabitans ęternitatẽ, tãta ſimplicitate, actualitate, ac immutabilitate gaudet, vt cũ rõnum formalium à ſe inuicẽ ſimul, ac ab eſſentia diſtinctarum multiplicitatẽ nõ reſpuat, nihiloſecius, & & ſumme ſimplex, & ſimplr̃ ſimplex, qui in conceptũ quiditatiuũ diuina priorẽ eſſentia non reſoluat ꝑſeuerat, cũ quo ſtat, vt vulgato dicto ſimplr̃ ſimplex, aut in totum ſcitur, aut in totum ignoratur, officiamus nihil.

5 In diuinis, vt vnicum ęternitatis inſtans immutabile, ac ſemper ſtans, in quo ſimul ſunt omnia confitemur ita inter prædicata, tum eſſentialia, tum notionalia ſeruatis rõnibus formalibus, multiplicia, & naturæ, & originis ſigna, non modo iuxta nr̃um (vt quibuſdã arridet) intelligendi modum, ſed etiam prout res ipſa habet, haud quaquam diffitemur.

6 In diuinis ſicut in primo naturæ ſigno, quo æterna illa, ac beata mẽs, ſuã

prius, q̄ ideata, cõtuetur eſſentiã totũ originis ordinẽ ad intra ex Doctore ſubtili aſtruimus, ſic in primo originis ſigno, quo pater à ſe eſt diuinarum princeps hypoſtaſum, integrũ naturæ ordinẽ inter p̄dicata de ſe dicta ſeruari defendimus quare, vt naturæ ſignũ, ꝑ originis ſignũ, ſic viciſſim originis ſignum per ſigna naturæ diſtingui multiplicariq́; non inconuenit.

7 In diuinis cum vtrumq́;, & naturæ, & originis ordinem aſtruamus, eum nihilominus, qui naturæ eo qui originis ſimpliciter priorẽ ſubſtentamus, quo fit, vt ſi ſecluſa origine vna tm̄ perſona foret, quo pacto tum perfidi Iudęi, tum philoſophi ſentiunt, in eo prior quidem ordo (quod ad formales actinet rationes) ſeruaretur, poſterior vero non item.

8 In diuinis iuxta priorẽ ordinẽ formales hunc in modũ rõnes ordinãtur, vt ſimplr̄ prima ſit eſſentię rõ, poſtq̄ rõ entis, poſtq̄ rõ ſubſtantiæ, poſtq̄ rõ ſpũs, poſtq̄ infinitatis rõ, poſtq̄ exiſtentia, poſtq̄ neceſſitas, æternitas. bonitas, Intellectus voluntas ſapientia, charitas, ſcía, Intelligere velle, Beatitudo, Gñatio, ſpiratio, Identitas, æqualitas, ſimilitudo. ex quarum oĩum rõnum tum diſtintione, tum ordine diuinæ ſimplicitati detrahitur nihil.

9 Ex p̄dictis ſequitur, Cũ oẽs hõi aſſignatę rõnes diuinã ſequant̄ eſſentiã, nullã earũ de Deo in eo qđquid ꝓprie p̄dicari. Qr̄ Deus in nullũ priorẽ cõceptũ quiditatiuũ reſolui põt quo, vt priore poſterior ipſe cõſtituatur.

10 Devs pater ſuperignotæ, nullaq́; naturali ratione ꝑueſtigabilis Sanctæ Trinitatis principium totius Diuinitatis fontalis plenitudo, prius gñans, quàm innaſcibilis, aut ingenitus, eo ipſo, quo conſubſtantiale ſibi verbum ex vtero, quæ eius memoria fœcunda eſt, ante luciferum generat in eſſe ſuppoſiti cõſtituitur. Cuius oĩpotẽtia eouſq́; humanos fruſtatur intuitus, vt naturali indagine, nullo philoſopho q̄libet ꝑſpicaci ꝑueſtigari poſſit.

11 Devs filius imago, ſplendor, figuraq; ſubſtãtiæ p̄ris vi natiui à p̄re exitus verbũ, ſapiẽtia, & ars, natura quidẽ, & ſi nõ origine cũ p̄re ſimul, Spũ ſctõ verò, & natura, & origine prior, citra vtrumq́; rectè, ac cum virtute adorabilis omnia anteq̄ fiant ſeruata rerum contingentia infallenter cognoſcit, qui cum ſit primogenitus ante omnẽ Creaturam, per quem non ſine diſtinctis cognoſcendi rõnibus (quas Ideas vocant formales non tantum obiectiuas) cõdita ſunt omnia in extremo nihilominus tꝑe inſtauraturus vniuerſa per hoſtiam ſuam humano generi apparens filius Dei iuxta ſuã vtramq́; Natiuitatem, æterna ſimul, ac tꝑali generatione cõprobatus eſt.

12 Devs Spũs ſctũs, quo p̄ri natus iungitur, ab vtroq; vt vno ſpiratore, nõ ſine ordine liberè proficiſcẽs, vna ſpiratione paſſiua cuiuſuis tũ cõicationis, tũ multiplicationis neſcia in eſſe ꝑſonali conſtituitur, ſiñ q̄ ẽt ſi à filio non procederet, nihilominus ab ipſo in rõne ſuppoſiti diſtingueretur, qñ conſtitutoria quorumlibet: principia eorundẽ ſint à quibuſuis alijs diſtinctoria oporteat. Nec ſola relationum oppõne hõi diſtinctio colligẽda ſit.

13 Paracletus Spũs ſctũs qui qũo datus, non qũo natus à p̄re, filioq; procce

dit, tametſi vbiq; ſit per eſſentiã pñtiam, & potentiã ad nos tñ quo minus mittatur vetat nihil; inuiſibiliter quidem nunc, cũ eius dona, ſpiritualiaq; chariſmata nobis miſericorditer cõferuntur. Olim vero, & viſibiliter, Cũ & ſuper Chriſtum in Columbæ ſpetie, & ſup Apoſtolos in linguis igneis apparuit cuius miſſio viſibilis non mõ Diuinam pſonã operantẽ iuxta, ac inhabitantem ſignificabat, ſed vt emanantem, quoq; quaſi ex alio venientem. Quare miſſio ipſa æternum ſimul, ac tpale nobis inſinuet, neceſſe eſt.

14 Chriſtus Ieſus aſſumpto nŕæ mortalitatis habitu à pluribus haud ſimul aſſumptibili, nã ſemper non adoptione Dei filius, verus huius mũdi tũ heres, tũ Monarcha cõprobatus eſt qui ſm̃ ſacroſanctã eius humanitatẽ, vel hoc ſolo, ꝙ Diuinitatis coniuncta ſit peccatum non admittens, hactenus in dextera pris corporaliter ſedere dr̃, quatenus in gloria, & honore Diuinitatis, vna cum ſanctiſſima carne eius ab omni creatura adoratur; & glorificatur, quo honore, & ſi Cruces, eiuſq; imagines cenſeantur dignæ, ſolus tamen contactus huic honorẽ ſufficienter inuexiſſe non videtur.

15 Chriſtus Ieſus ante ſæcula in gloriã nŕam prædeſtinatus, ſicut abſq; meritis grãm ſimul, & gloriam ad menſurã nõ accepit, ita pro humano gñri nõ ad menſurã meruit, quo fit vt grãm vel infinitam, vel ſummam finitã habuerit, vel non ſumme gratificatus ſit, qđ nõ eſt admittendũ; cuius aĩa ſanctiſſima ẽ ſuæ creationis initio oĩa q̃ nouit verbũ vnico cõplectens intuitu, in ſua paſſione oĩ genis ſm̃ ſui vtrãq; portionẽ malis repleta fuit.

16 Rex, & Sacerdos in ęternũ Chriſtus Dñs ſctãm Dei genitricem, & ſẽp Virginẽ Mariã talẽ, ac tantã ſibi mr̃em elegit, vt ſola vere ſup oẽm creaturã honorata mr̃, & ex tribu regia deſcẽderet, & in cõceptionis diluculo immaculata conſiſteret, & vere Theotocos tum dici tum eſſe meretur.
Stat beatam Virginem Mariam diuinam maternitatem eſſe promeritam, & non diuinam incarnationem quã nihilominus ex ipſa maternitate inferre neceſſum eſt. Stat diuinam Virginem natura prius Adæ filiam, quàm genitrice fuiſſe, & tamen nihil eius peccati contraxiſſe. Stat immaculatam Dei Matrem ex generoſa Dauidis proſapia per Natham filium eius naturalem deſcendiſſe, & Salomonis filiam extitiſſe.

17 Angelus ſua in ſpetie multiplicabilis, aĩa rõnali (quo ad naturã attinet) ſuperior, diuina excellentius homine inſignitus imagine; in loco cui prius adeſt q̃ operetur motu continuo, cuius primum mutatum non detur, moueri põt, qui ſuo in ęuo eius, & menſura indiuiſibili, & modo intrinſeco à largiſſimo datore Deo nãm ſimul, & grãm ante ſenſibilem mundi fabricã ſuſcipiens, nec non, & in acceptis à rebus, tum ſpetiebus, tum notitijs pficere valens, non vt primũ creatus eſt, ita primũ beatus, aut miſer extitit, quin accepto merendi, demerendiq; ſpatio, viator priuſq̃ compræhenſor effectus, bonus quidẽ, qui ad extremum vſq; viæ terminum in bono perſeuerauit, beatitudinem, à qua excidere non poſſet optinuit. Malus vero

qui

qui deſerto bono in malo ad eũdem vſq; terminum ſe implicuit,& ſi poſt vnum, & alterum peccatũ ſuorũ penitudine malorum duci poterat, in ipſo tñ termino obduratus miſeriam à qua non eſſet ſubleuandus incurrit

Stat Angelum vno nunc temporis diſcreti (ſuppoſita aliorum ſuper illo tpe opinione quã tñ non ꝓbamus) coexiſtere preciſè vni nunc tpis nři, & tamen tempus noſtrum neutiq; ex indiuiſibilibus componi.

Stat Angelum per inſtans preciſe ſub aliqua notiã perſiſtere,& immediate aliam dicere quæ tamen per primum ſui eſſe incipit.

Item ſtat ſuprêmum Opificem Deum Angelum tam in tempore quàm in inſtanti creare, qui itidem per primum ſui eſſe incipiat.

Stat cacodemona pro mora qua fuit viator in multa peccata prolapſum, & ante ſuæ obdurationis caſum pęnitendi facultatem habuiſſe ſicut,& bonus Angelus ante prẹmiationis inſtans à Dei gratia, actuq; meritorio in peccatum labi potuit.

Non ſtat Angelũ ad inſtãs vſq; pmiationis in bono perſeueraſſe,& in illo inſtanti pp obicẽ nõ pmiatũ, quemadmodũ nõ ſtat hominẽ vſq; ad inſtãs mortis in bono pſeuerare & in illò à Dei gra; & beatitudine excidere.

18 Homo ex duplici ſubſtantia, intelligibili nimirũ atq; ſenſibili cõpoſitus nouiſſime omnium nempe ſexto die in iuſtia originali;, quæ cum mortali non ſtabat,ſimul,& in Dei gratia creatus,diuina tum imagine, tum ſimilitudine inſignitus eſt. Qui poſt lapſum ſtante quidem imagine,ſed vitiata ſimilitudine à Regno Dei excluſus, ita demum ad hoc reducitur ſi fide, ſacramentis ac indiſpenſabilis decalogi obſeruatione Redemptoris gratiam ſibi conciliare non pigricetur.

Stat originalem iuſtitiam non fuiſſe gratiam gratumfacientem, & tamen ſecum mortale non compati, quare cum aliis qui oppoſitum ſentiunt, facimus, qui hanc cum mortali ſtetiſſe fatentur.

Stat hominẽ libero voluntatis actu in materia ſub mortali prohibita non nunquàm ferri,& nihilominus non peccare, qui tamen interim, citra deliberationem aliquid volens letalis peccati particeps inueniatur.

19 Vnica eſt Eccleſia Dei viui, columna, & firmamentũ Chriſtianę veritatis, extra quã nõ eſt ſalus, in qua diuina ſapientia exciſis ſeptẽ columnis, nimirum ſeptem ſacramentis à Chriſti paſsione efficacibus hominem tũ lapſum, tum grauiter ſauciatum reficiẽ, ſubſtentat,& curat, interquę baptiſmus quidem aliorum ianua à Chriſto; non alia vnq; forma q̃ explicita Trinitatis inuocatione ex ſcripturis canonicis collatus conuincitur Euchariſtia verò omniũ auguſtiſſima ſub ęterno poſſibilis ſacroſanctũ Chriſti corpus, ac ſanguinem, nřæ præcluin redemptionis realiter continens, vt accedentem mortuum non viuificat, ita viuentem ad copioſiora Deũ dilectionis,& gratiæ incrementa promouet,& producit.

Stat Euangelio non eſſe credendum niſi propter eccleſiã, & tamen ipſum

eccle-

Eccleſiam ſuperare authoritate ſtat Eccleſiam in aliquo facto decipi, & tamen in eius determinatione non errare.

Stat Chriſtianos expreſſa patris,& filij, & Spiritus ſancti inuocatione, & tamen in Nomine Chriſti baptizatos dici.

Poſſibile eſt Euchariſtię veritatẽ incarnationẽ prçceſſiſſe,& poſtea Chriſtũ Ieſum ex virginis vtero in eſſe naturali proceſsiſſe; abſq; hoc ꝙ ſacramentaliter eſſe deſijſſet. Stat Chriſtum pluribus in locis non minus localiter exiſtere poſſe quàm ſacramentaliter.

20 Pęnitẽtia nouę legis ſcrũm ex euang.trahens originẽ nõ niſi à ſacerdote ꝓprio,q ordinis ſimul, ac iuriſdictionis põtate gaudeat ritè cõferri põt. ad qđ qui vis peccator deuote ſi accedat,vel primã grãm, vel nouũ gradũ grãæ recipiens diuina largitate ſemꝑ ad maiorẽ gloriã reſurgit. Cuius conſcĩa ſi caſibus Epiſcopo (qui ſimplici Sacerdoti tũ ordine,tum iuriſdictione præſtat) grauetur,fieri non poterit,vt ab inferiori ſoluatur.

Stat peccatorem in peccati foueam lapſum ad minorem gratiam quam præhabuerit reſurgere,& tamen ad maius glorię pondus deputari.

Stat Epiſcopum tum ſuſpendi,tum deponi,ac deniq; degradari, & tñ ſacros ordines ſimul,ac confirmationem ſi actentat,de facto conferre; quibus addimus quòd ſacramenti confirmationis, proprius, & ſolus miniſter, eſt Epiſcopus.

CONCLVSIONES SACRAE SCRIPTVRAE.

1 ILLVD Pauli ad Rom. 1. Qui prædeſtinatus eſt filius Dei in virtute ſm̃ ſpiritum ſanctificationis ex Reſurrectione mortuorum Ieſu Chriſti Dñi Nr̃i,tam & ſi gręcis q̃ latinis exponatur clarius nimirum,ꝙ mundo manifeſtatus eſt eſſe filius Dei ſimul, & creditus, tum ex virtute faciendi miracula,atq; opera quę nemo alius fecit, tum ex ſpirituſancto quem in ſuos abundè miſit, tum ẽt ex eo,quod ſuaptè virtute à mortuis reſurrexerit,nihilominus, latina noſtra editio licet aliquãto ſit obſcurior, in ſenſibus tamen copioſior eſt.

2 Illud eiuſdem capitis, Deſidero videre vos, vt aliquid impertiar vobis gratię ſpiritualis ad confirmandos vos,ideſt ſimul conſolari in vobis, rectius videtur interpres vertiſſe:q̃ vel Eraſmus vel Laurentius, qui infinitiuum reſoluentes authoritatis ſenſum extenuarunt.

3 Illud 2. capitis. Non auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur quo ad primam partem ſtringit Iudęos,primum qui occidentem legis literam potius audiunt, & ſequuntur quàm germanum literę ſenſum vel appręhendãt,vel impleant. ſtringit item & omnes Chriſtianos ſiue Catholicos,ſiue hęreticos, qui mandatis vitæ neglectis inani quadam fide, fiduciaq; ſalutem ſibi promictunt. Quo ad ſecundam vero

opera

opera legis ſiue Moſaicæ tempore ſuo, ſiue Euangelicæ noſtro, ſi modo in fide,& charitate fiāt, & olim vrgente lege, facta, ſimul ſeruatis circunſtantijs iuſtificatoria,& illa fuiſſe,& iſta eſſe comprobat; non illa primaria iuſtificatione qua impius ab impietate ſua iuſtificatur,quum ad ſtatū gratiæ reducitur,ſed illa potius,qua iam iuſtificatus per Dei gratiam in accepta iuſtitia creſcit,ac proficit.

4 Duplicem ex ſacris literis iuſtificationem colligimus, alteram qua per Dei gratiam,& Redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu,peccator debito modo præparatus accedens ad Chriſtum,vti ad vniuerſorum propitiatorem Deiq;,& hominum mediatorem ab impietate ſua emundatur, diuinæ gratiæ ſimul, ac amicitiæ reſtitutus, alteram, qua iam iuſtificatus per incrementa virtutum, ac bonorum operum in accepta gratis iuſtificatione meliorfit,& pro vtraq; parte militant authoritates ſcripturæ, quarum nonnullas ſubijciemus,ſicut contingit hominem neq̃, & iniuſtum per abrupta vitiorum gradientem nequiorem fieri,ſic contingit hominem iuſtū & ſanctum per opera virtutum, & obſeruationes mandatorum incedentem iuſtiorem,melioremq; fieri.

5 Illud ad ad Rom.3.Omne os obſtruatur,& ſubditus fiat omnis mundus Deo,quia ex operibus legis non iuſtificatur omnis caro coram illo, & itē illam, Nunc autem ſine lege iuſtitia Dei manifeſtata eſt. Illud quoque Iuſtitia autem Dei per fidem Ieſu Chriſti in omnes, & ſuper omnes,qui credunt in eum,& totum quod ſequitur,vſque ad illud, vbi eſt ergo gloriatio tuam.Hęc omnia ad primam Iuſtificationē pertinere defendimus.

6 Illud 4. capituli. Si Abraam ex operibus iuſtificatus eſt,habet gloriam, ſed non apud Deum, de operibus fidem in Chriſtum præcedentibus interpretandum ſentimus. Vt ſit ſenſus. Si Abrāam ex operibus fidem in Chriſtum pręcedentibus vel hac fide non innitentibus iuſtificatus eſt, habet vtique gloriam in ſua morali Iuſtitia vt quondam Romani habuere.Cęterum hęc gloria apud Deum locum non habet,vt ſe iuſtum coram Deo vna vel altera Iuſtitia gloriari poſſit.

7 Illud eiuſdem capituli. Ei autem qui operatur, merces non imputatur ſecundum gratiam,ſed ſecundum debitum,Ei verò qui non operatur credenti autem in eū qui iuſtificat impium &c.ſic interprętandum cenſemus vt prima pars ſecunda iuſtificationi,& ſecūda primę attribuatur. Quo fit vt laborantibus in vinea Dñi ex diuinę conuentionis pacto ſempiternę beatitudinis merces debeatur, nec peccatorū remiſſio aut ſalutifera iuſtificatio,niſi gratis per Chriſtum propitiatorem conferatur.

8 Illud eiuſdē capituli de Abrahā,& ſignū accepit circūciſionis ſignaculū Iuſtitię fidei q̃ erat in ꝑputio &c. Nihil officit,quominus ꝓ circunciſionis remediū ex quo,& inſtituta fuit & originalis noxa paruulis remitteretur & gr̄a ad bene operandum præſtaretur licet non tanta vt in Baptiſmate.

9 Illud

9 Illud 5. capitis, Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctũ qui datus eſt nobis de charitate creata inhærente aĩæ, non tñ de increata intelligẽdũ putamus, quemadmodũ, & illud, qui vnxit nos Deus, qui & ſignauit nos, & dedit pignus ſpiritus in cordibus nr̃is 2. ad Cor. 1.

10 Illud 2. ad Epheſios, Ipſius. n. ſcilicet, Dei ſumus factura creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis quæ p̃parauit Deus, vt in illis ambulemus ad vtranq; Iuſtificationis partem attinere ſentimus vt in Chriſto Ieſu (quod ad primam Iuſtificationis partem attinet) creati ſimus, nimirum per eius gr̃am à peccatis purgati, & in gratia renouati in bonis autẽ operibus quæ præparantur à Deo ambulemus; quod actinet ad ſecundam.

11 Illud 2. ad Cor. 4. Quod. n. in pñti eſt momentaneũ, & leue tribulationis nr̃æ ſupra modum in ſublimitate æternæ gloriæ põdus operatur in nobis. Item illud ad Hæbreos 6. Non. n. iniuſtus eſt Deus, vt obliuiſcatur operis vr̃i, & dilectionis, quã oſtendiſtis in nomine ipſius, qui miniſtraſtis ſanctis & miniſtratis, ẽt idem quod hr̃ Iaco. 2. De Abrahe iuſtificatione, & illud Apoſtoli vltimo, Qui iuſtus eſt iuſtificatur adhuc cum multis authoribus vtriuſq; teſtamenti ad ſecundam iuſtificationis partem ſeu Iuſtitiæ augmentum huiuſmodi omnia referenda defendimus.

12 Illud Rom. 9. Optabam ego Anathema eſſe à Chriſto primo fratribus meis &c. licet nonnulli per hyperbolem dictum putent ad ſignificandum ſuum in Iudęos affectum, idq; ſaluari poſsit, nihilominus poſſibile eſt aliquem non ſolũ licite ſed magno ſuo merito optare perpetuo priuari beatitudine & viſione Chriſti, ſi per hoc fieri poſſet, vt cęteri omnes beatitudinem conſequantur qđ eſt Paulum feciſſe pro fratribus ſuis, nedum pro omnibus maximæ charitatis eſt ſignum.

13 Ex profunda beati Pauli diſceptatione ſuper electione Iacob. & Eſau odio in nono cap. ad Rom. non eſt dicẽdum aut ꝙ Eſau ſit damnatus, aut ꝙ ſolo miſerente Deo nobis agentibus nihil pendeat nr̃a ſalus, aut ꝙ obdurante Deo poſitiuè in peccata ſimul, & damnationẽ præcipitemur. Sed exemplum de figulo aſſumptum, ac vaſis iræ ſimul, & contumeliæ, nõ in eo ſenſu exaudiendum, quẽ literæ contextus prætendere videtur, quin iuxta Origenis Damaſceniq; ſententiam, p alium potius locũ 2. ad Timoth. 2. enucleandum venit, Vbi dr̃ In magna domo non ſolum ſunt vaſa aurea, & argentea, ſed, & lignea, & fictilia & alia quidem ad honorem, alia vero in contumeliam, ſi quis ergo emundauerit ſe ab iſtis, erit in honorem ſanctificatum & vtile domino ad omne opus bonum paratum.

14 Sequitur ex hac auctoritate reprobatum poſſe fieri vas in honorẽ, & ita ſaluari, ſi cum Dei gr̃a, quæ nemini facienti, quod in ſe, deficit, ſeſe ab impietate ſua emundare curauerit. Eadem lege, & prędeſtinatus, qui eſt vas in honorẽ ſuis demeritis vas in contumeliam fieri põt, & damnari; quare nec damnabitur quiſq; ſolo defectu diuinæ prædeſtinationis, nec itẽ ſal-

uabitur

uabitur,ſola diuina prædeſtinatione,ſed & mortem nobis ipſis inferimus, & ad noſtram ſalutem diuinæ gratiæ cooperamur.

15 Illud Ezech.33.Etiamſi dixero iuſto ꝙ vita viuet, & confiſus in iuſtitia ſua fecerit iniquitatem in ipſa morietur.Si autē dixero iniuſto morte morieris,& egerit pęniam à peccato ſuo,in mādatis vitæ ambulauerit,vita viuet,& nō morietur.Vr̄ priora cōfirmare,ꝗ ſup ꝑdeſtinatione defendimus. Initium noſtræ ſalutis Deo miſerante habemus,vt acquieſcamus ſalutari inſpirationi noſtræ poteſtatis eſt,vt adipiſcamur, quod acquieſcendo inſpirationi cupimus diuini muneris eſt, vt non labamur in adepto ſalutis munere noſtræ poteſtatis eſt, & diuini pariter auxilij,Hæc Auguſtinus in libris de Eccleſiaſticis dogmatibus.

CONCLVSIONES DIALECTICAE.

1 DIALECTICAM diſciplinam totius Philoſophię inſtrumentum, facundiſſimamq; omnium ſcientiarum parentem diligētem differendi rōnem à Marco Cicerone accipientes inuentione plurimum ac ſtudio conſtare decernimus, quæ duo ſi adſint, circa cęteras eius facultates diffiniendi nimirum, diuidendi, ac rectè colligendi faciliorem nobis viam auſpicabimur. Quæ,etſi ſub modo ſciendi ab Ariſt. comprehendantur quem ſimul cum ſcientia quæ rerū ſit abſurdum, quominus tamen communiſſimum eius ſubiectum modus ſciendi aſſignetur, vetat nihil.

2 Quoniam vero,& ad capeſcendas Ariſt. cathegorias, & tria potiſſimum comparandarum diſciplinarum inſtrumenta,quæ ſunt diffinitio,diuiſio,& argumentatio, quinque vniuerſalibus nobis via ſtruitur non minus ſcite ꝙ elegāter. Porphirius quinq; prædicabiliū rōnes,ꝓprietates,& cōitates e quinq; diſtinctis ꝑdicādi modis colligendas cēſuit,in ꝗbus nihilominus cū Ariſt. pugnat nihil, ꝙ Topicorū 1.tm̄ prædicata quatuor eſſe voluit.

3 Decem præterea cathegorias,ſeu prædicamenta,quę decem generaliſſima ſunt genera,quod ad eorum quidem denominata attinet, magis Metaphiſicę ſpeculationis,quo vero ad id formale, quo denominantur dialecticæ vna cum Ariſtotele recipimus,In quibus omne,qđ non eſt Deus vel in Deo,formaliter comprehendi neceſſe eſt.Quorum rationes vt pręſcindunt,tum ab actu,& potentia,tum ab eſſe in anima, & extra animam, ita his omnibus interſe ordinentur oportet.

4 Pronuntiationem omnem,in qua verum,vel falſum ſubeſt, vna vel verbi vel coniunctionis copula propoſitionē dicentes,ita in cathegoricā hypotheticamue deducimus,vt quanq̃ cathegoricę qualitates, ac propoſitionis leges primo cōuenire videntur,hipotheticę tamen,vel coniunctione vni,& qualitas,& contradictoria oppoſitio non diſſonat, quàm demū, vt affir-

vt affirmatoriam, negatoriamue pro ratione affirmatæ, negatæue cõiunctionis dicemus. Ita ſi toti aduerbialis negatio præmittatur priori contradictoria infallenter cognoſcemus.

5 Quod vero dici ſolet tãtum vnum vni opponitur in oppoſitione complexa, ita recipiendum putamus, vt eidem propoſitioni plures non æquipollentes contradicere non poſsint. Cæterum in contrariarum ſimul, ac ſubcontrariarum oppoſitionibus huiuſcemodi axioma locum nõ habet, qñ, & vni contrariæ plures non æquipollentes, quarum, & altera vera, & altera falſa ſit contrarietur, & vni ſub contrariæ itidem plures ſubcontrariari contingat.

6 In vno principio omnem æquipollentiæ rationem conſtituentes, nimirum quod omnes illas, & ſolas æquipollentias ſubire oporteat, quæ cum in alijs proprietatibus, tũ in qualitate haud quaquã diſcrepauerint, quas huius vigore principij fultas inueniremus, & vere æquipollentes, & formali conſequentia ſe inferentes fateri non grauabimus.

7 Conuerſionem per contrapoſitionem, quam calumniantur nonnulli, bonam, ac formalem tantum in vuiuerſali affirmatiua fiendam, ex Ariſtotele defendimus, qui in ſecundo Topicorum libro duplicem conſequentiã ad idem, ſiue etiam ad eandem, alteram è contrario factam aſtruens, ſufficienter oſtendit.

Quãdo alterum vniuerſaliter ſequitur alterum, ex oppoſito eius, quod ſequitur, oppoſitum eius, quod pręceſſerat optima conſequentia inferri. Quare cum cuiuslibet propoſitionis affirmatiuæ vniuerſalis prædicatum ſequi ad ſubiectum vniuerſaliter denotetur.

Ex oppoſito prædicati oppoſitum ſubiecti ſequatur oportet. Hinc cõuerſionem hanc admittimus cõtra ſueſſanum, & nominales. Omnis homo eſt exiſtens, ergo omne non exiſtens eſt non homo.

8 Quoniã vero conſequentia omnis bona, materiæ gratia, aut formæ vim habet, tàm & ſi priorem, ſiue materialem topicis conſequentijs, vt plurimum tribuamus, poſteriorem tamen, ac formalem, tum æquipollentijs, & conuerſionibus, rite celebratis, tum ſyllogiſmis modo, & figura non deſtitutis aſsignantes, ita tres figuras cum Ariſt. recipimus, vt quartam potius cum Galeno, quam cum Auerroe ſentientes non diffiteamur.

Quando ad quaſcunque præmiſſas aliqua ſequitur concluſio ad easdem tranſpoſitas bono iure ſequatur eadem, poſteriorumque, ac ineuidentiũ ſyllogismorum ad priores quatuor reductio ſpectet, vt ſi quid ſequatur ad conſequens bonæ conſequentię, illud idem ad eius ſequatur antecedens. Et ex cuiuſuis bonæ conſequentiæ oppoſito conſequentis oppoſitum ſequatur antecedentis.

Con-

CONCLVSIONES NATVRALES.

1 IN Naturali philoſophia, quæ præcipuum Scopum naturale corpus ſuis cum partibus habet, ita nobis procedendũ videtur, vt ab vniuerſalioribus incipientes, ea primo tractanda curemus, quę ad corporis ipſius naturalis, tum conſtitutionem, tum generationem, aut corruptionem, tum communiſsimas quaſque paſsiones eius attinere videbitur. Quibus diligenter pertractatis, ad particulariora quæque non ſine ordine deflectendum. Quod, & Ariſtotelem legitimum Philoſophię parentem non minus grauiter, quam erudite, & eleganter præſtitiſſe fatemur.

2 Trino naturalium rerum principio contentus Ariſtoteles, ipſa materia nimirum, forma, & priuatione, prioribus quidem duobus per ſe, poſteriore quidē per accidēs, & à ſuorum prædeceſſorum erroribus perfacile ſe exerit, & rerũ naturaliũ tũ multitudinem, tum motum, ac mutationem cum cæteris proprietatibus phiſicis omni ſublata infinitudine ſeruat. Nãm ipſam diffiniens, quæ ſit eius, in quo eſt motus, ac ſtatus, principium primum per ſe, & non ſecundum accidens vbi etiam principium non tam paſsiue, quam actiue ſumendum defendimus, nihilo diſcrepãtes à Doctore ſubtili, qui paſsiue ſumendum, nonnunquam voluerit.

3 Locum vero, quem locato reſpondere oporteat, cum immobilis prorſus, ac incorruptibilis permaneat, haud ita facile quid ſit aſsignare poſſumus. Cum ipſo nihilominus Ariſtotele ſentientes, ipſius continentis eſſe vltimum immobile primum, non ita diffinitionem exaudientes, vt cũ Sueſſano accidentia vlla migrare faciamus, ſed eo pacto, quo contrarium arguentibus reſpondentes explicabimus.

4 Lationis motum aliorum motuum primus de genere cōtinuorum cum ſit in quantitatis cathegoria potius quam paſsionis collocandus eſſe videtur, cuius partes omnes in infinitum diuiſibiles, aut ſecus inuicem per indiuiſibilia (quæ nonnullis mutata eſſe dicuntur) continuari oportet, quam; & lineæ partes per puncta, & ſuperficiei per lineas, & item corporis per ſuperficies inter ſe continuentur. Huius autem motus, pręſertim ſi ad primum mobile referatur continuam duratione ſecundum prius & poſterius numeratam; tempus dicimus ſucceſsiuorum, quorumlibet menſuram, etiam eius motus, qui in vacuo fieri poſſet, ſi vacuum vſpiam ſub Cælo reperiretur.

5 Primus motor, quem naturalis philoſophus per motum inueſtigat; ex Ariſtotelis doctrina (quicquid commentator ſentiat) finiti vigoris eſſe, haud ſufficienter concludi poteſt.

Nec

Nec Zimarę ratio, quam per vitam ſuam inſolubilem putat, propoſitum efficaciter aſtruit, ſiue quòd ruinoſo nitatur ædificio, ſiue quòd ſtante ædificio ampliſsimus patet exitus, quo minus intra eius anguſtias contineamur.

6 Præter quatuor corpora ſimplicia, quæ ſunt quatuor elementa, quintũ corpus ſimplex, naturę, tum ſempiternę, tum incorruptibilis, omniſq; materię prorſus expertis Ariſtotelicę loquẽtes ponendũ eſſe, cenſemus, cuius proprius motus, & ſi Theologo non naturalis, aut violentus ſit, ſed pręter naturam, Philoſopho tamen, qui huius motus abſolutam neceſsitatem ponit, alius eſſe non poteſt, quam naturalis. Cęterum, vltra primum mobile, quod ab Oriente in Occidentem ſingulo quoque die completam vnam circulationem perficit, nouem Cęlos ſuperiores varijs motibus actos, epiciclos quoque, ac circulos, tum concentricos, tum excẽtricos, cum planetarum ſtationibus, directionibus, ac retroceſsionibus cum aſtrologis, contra quos inanes ſunt omnino commentatoris rationes recipimus.

7 Illud quoque, quod Auerroes ſecundo de Cęlo tex. com. 49. & 59. cõtra Auicennam, & Mathematicos .s. Corpora cęleſtia eſſe eiuſdem ſpeciei, falſiſſimum iudicamus, Auicennęque rationes, quę ex motuum, centrorumque diuerſitate ſumuntur, longe efficaciores eſſe ad ſpecificam diſtinctionem aſtruendam aſſerimus, quam quas iſtę ex figurę ſphericitate, ac materiali compoſitione, ſi eadem genere, & diſtincta ſpecie eſſent cõtra ipſum inducit.

8 Cum ſingulis quibuſque diebus ſex ſigna nobis oriantur, & totidem occidant nullus eſt in anno dies, qui à ſolis ortu ad occaſũ vſque duodecim horas non expleat, & de ſingula quoque nocte idem ſentiendum, Quare dici ſemper duodecim ſunt horę, & noctis ſimiliter.

9 Quoniam vero in ſphera noſtra, quæ propter alterius poli eleuationem, & alterius depreſsionem obliqua dicitur, ſex quidem ſigna ſcilicet: Cancer, Leo, virgo, libra, ſcorpius, & ſagiptarius, rectè oriuntur, reliqua vero ſex oblique, hactenus dies longiores, breuioreſue fieri neceſſum eſt quatenus plura ex recte orientibus, aut pauciora cum ijs quæ oblique eodem die orta fuerint. Quod ſi aliquo die omnia ſigna rectè oriantur, vt cum initiũ cancri ſol occupat 15, dies omnium totius anni lõgiſsimus fuerit, ſin autẽ omnia oblique ~~quindecim~~ totius anni minimus extiterit, ſi vero tria rectè, & tria obliqua orta fuerint, vt in ęquinoctio dies nocti neceſſario ęquabitur, ſi autem duo oblique, & quatuor rectè dies noctem, duabus horis in ęqualibus ſuperabit, & in alijs factitandum eſt.

10 Stat medietatem Zodiaci ab Ariete ad libram vſque ęqualem quidem medietatem ęquinoctialis ſibi contermine, ſimul cum ea ſuum ortum incipere, & ſemper minus de ęquinoctiali quidem ſeipſa oriri, & tamen ſimul

mul eſſe per ortas, & tria nihilominus ſigna ipſius recte oriri, & de oppoſita medietate à libra vſque ad Arietem oppoſitum ſentimus.

11 In perſpectiua diſciplina ſatis in confeſſo eſt triplicem eſſe radium, nimirum rectum; fractum, & reflexum, varios quoque incidentię fractionis, ac reflexionis, angulos simul cum luminaribus primarijs, ac ſecundarijs, quę omnia siquis in oppoſitum argumenta coniecerit, tutari conabimur.

12 Cum intellectiua cognitio in intuitiuam, & abſtractiuam perinde, ac genus in ſuas ſpecies deducatur, fieri poteſt; ut humanus intellectus, tum naturam, ut præcedit singularitatem, quam singulare, vt hoc vtraq; cognitione complectatur, quare nec ſolius singularis ſenſus sit, nec ſolius vniuerſalis intellectus oportet, quin potius iuxta Doctoris noſtri ſententiam, quicquid cognoſcit ſenſus, & ſub quacunque ratione, idem nouit ſub eadem, vel nobiliori ratione intellectus. Porro exiſtentias incompletas, quas nonnulli priori propoſito adducerę conantur, tanquam ab eis confictas; nec authoritate Doctoris fultas in pręſentiarum reijcimus.

13 Ideas Platonicas cum Franciſco Mairone in prima philoſophia ſuſtinemus, nimirum puras rerum quiditates, ac formales rationes ſecundum ſe ingenerabiles, & incorruptibiles ab omni motu, & materia ſensibili, ab actu quoque, & potentia, à loco, & tempore, à singularitate, & vniuerſalitate prorſus abſtractas, quarum participatione, singula quęque indiuidua conſtant, quemadmodum voluit Porphirius, participatione humanę ſpeciei plures homines vnum hominem eſſe.

14 Contra formalizantes, hanc ſuſtinemus, ſtat cuiuſuis ſpeciei indiuidua, dum actu exiſtunt realiter diſtingui, & formaliter identificari.

FINIS, LAVS DEO.

Diſputabuntur Romæ in Eccleſia Sanctę Mariæ de Aracæli. Menſe Maij Die. xxi. Hora .

Ad Obiecta reſpondebit Ven. Frater Antoninus de pactis Sacræ Theologiæ Profeſſor.

SVPERIORVM PERMISSV.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE